

cecinit David: imò cui membro posteriore voluit psallere, (tibi Domine,) huic etiam cecinit membro priore: alias humana prapofuiffet divinis elogia.

אומר psallam tibi :) i. e. primum ac perpetuum hoc meum posthac erit negotium, ut benedicta mihi à Te, Domine, præstita, gloriose de prædicem, subditosque ad similem huc pietatem invitem. vide Ps. LVII, 8. paratum est Domine cor meum, ואומר ואשרירי ubi eadem, quæ hîc, verba pariter combinantur.

EXPLICATIO VERSUS II.

אשכילה prudenter agam :) h. e. non vivam incuriosus, solisve mundanis voluptatibus, instar principum plerorumque intentus, verum in id innitar sedulo, ut viam verbi divini planam ritè agnoscam, in agnita circumspècte constanterque incedam, nec in eâ imprudenter ullibi impingam. vide Psal. II. 10. & nunc, ô reges, אשכילו. Ps. XCIV, 8. quando, ô bruti, אשכילו sapere incipietis? Possset etiam reddi: feliciter ac prospere procedam. quomodo Jof. LII, 13. legitur: ecce servus meus ישרי prosperos habebit successus, &c. (vide Weller. ad h. l.) quo sanè modo David suam profitetur spem bonam de successibus in regnò optatis, & quidem talibus, qui præsupponant tum Davidis in pietate rectâ incessum, tum Dei ad se, ut sequitur, gratiosum accessum. Piscator: prudenter agam. sic Luth. olim: ich thue weißlich auf dem Wege/der ohn Wandel ist; postea: ich handle fürsichtig und redlich. confer 1. Sam. XVIII, 14. & fuit David in omnibus viis suis משכיל Campen. ego quidem pro viribus operam dabo, ut familiam honeste instituam, & integritatis morum studiosus ero.

ברך in via integra :) i. e. in vivendi genere inculpabili, ubi sincero pectore inceditur secundum rectam voluntatis divinæ lineam, in verbo nobis ostensam. Opponitur autem hujusmodi via integra tortuosis nequitiosorum anfractibus, quando per varias flexuras, tergiversationes, exerrationes à justâ semita petulanter recedunt, Psalm. CXXV, 5. adeoque à scopo felicitatis veræ turpiter aberrant. Sic è vestigiò v. 6. David ait, secum mansurum eum, qui incedit per viam planam. Confer Job XLII, 3. num lucrabitur (Deus,) si אהם integras præstiteris vias tuas? C. IV, 6. annon expectatio tua אהם integritas viarum tuarum; item de via ישר recta Prov. XII, 15. XIV, 12. XVI, 25.

מתי quando venies ad me, vel quum veneris :) alias vocula hæc communiter [Muis ait; perpetuo extra hunc locum) interrogat de temporis initio, vel termino, v. g. Psalm. XLI, 6. מתי quando morietur? Psalm. XLII, 2. מתי quando veniam? hic tamen David non tam interrogat, quam prudentis suæ gubernationis successu determinat, se videlicet tum demum res suas rectè ac solerter acturum esse, quum Deus gratia sua ipsummet visitaverit, &c. Similis ferè acceptio videri poterat occurrere Prov. XXIII, 35. מתי quum expergiscar, pergam. Si tamen omninò interrogativè sumas, emphasis vel ingens affectus erit in subita adeò sermonis immutatione: quando venies, quæso, ad me, operamque feres, ut ita ambulare ac intelligere queam? ita Muis. David Kimchi supplet: attendam ad viam rectam, ואצטרופ

culabor, מתי quando venturus sis ad me קרוח הקרש per Spiritum Sanctum.

venies ad me :) i. e. quando præsentiam tuam gratiosam, interno Spiritus Sancti ductu peculiari, mihi manifestabis, externisque successibus optatis promissum mihi per Samuel regnum confirmabis, &c. Ita namque Venire ad aliquem dicitur Deus, quando peculiari gratiæ signo se quasi palpandum exhibet, quomodo v. g. venturum se pollicebatur ad Abraham, filiò Isaacò mirabiliter donatò, Gen. XVIII, 10. quomodo item veniebat ad Mosen in Sinâ, Exod. XIX, 9. Dent. XXXIII, 2. quomodo in locò sacro venturum se ad nos benedicturumque nobis pollicetur Dominus, Exod. XX, 24. sic Jof. XXXV, 4. ecce Deus vester venit cum ultione, ipse veniet & salvos faciet vos; &c. Piscator. quando ad regnum promissum me evexeris. item Stephan. Belge, ex 1. Sam. XVIII, 14. Lutherus olim: wenn kommstu zu mir? postea: bey denen/ die mir zugehören. an fortè mutatis punctis literisque: מתי יבואו (apud) homines, qui veniunt ad me. Rasche: quando veniet ad me via recta. Junius: donec venias ad me, i. e. evoces ad te ex hac vitâ, planè non ad præsentem scopum. Campen. sed conatus mei irriti fient, nisi tu adveneris, quod quando fiet tandem?

אתהלך ambulabo :) paulò mutatis verbis repetitur promissum prius; nam quod modo dixerat, attendere se velle ad viam rectam, id nunc vocat, ambulare in integritate cordis. quò ipso actionum ingenuitas, dolique omnis expers probitas, describitur, siquidem אתהלך totum complectitur vitæ curriculum vel motus hominis universos, quâ internos, quâ externos, uti constat ex Psalm. xxvi, 3. gratia tua coram oculis meis, ואתהלך & ambulavi in veritate tua. Ps. LXVIII, 22. מתהלך in peccatis suis. Prov. XX, 7. אתהלך justus. Gen. XVII, 1. ambula coram me, & esto אהם integer.

in integritate cordis mei :) h. e. cavebo, ut à meis actionibus omnis exulet hypocrisis, ut congrua inter cor & sermonem, gestus atque facta sit harmonia vel conformitas, ne partim tibi, partim mundo vel Satanæ carnique videar inservire, &c. vide Psalm. LXXVIII, 72. pavit illos לבבו אהם item Gen. xx, 5. ubi Abimelech: annon dixit mihi, soror mea est? in integritate cordis mei & in munditia manuum mearum feci hoc, quod ipsum repetit ibidem Deus vers. 6. Sic 1. Reg. IX, 4. sicut ambulavit pater tuus in integritate cordis & rectitudine, faciendo secundum omnia &c. Lutherus olim: mit einfältigen Herzen postea: treulich.

in medio domus meæ :) h. e. in regiâ meâ, in curiis meis, in domò meâ, in negotiis etiam privatis, ubi absunt arbitri aut spectatores, &c. Hoc modò vox קרב medium, quodammodo redundat, prout alibi quoque idem observavimus, v. g. Psal. XLVIII, 10. cogitamus benignitatem tuam בקרב templi tui, Psalm. LV, 11. בקרבה i. e. in civitate ista. item Psalm. LXXIV, 4. 11. & hòc in Psalm. Cl, 7. non manebit in medio domus meæ, i. e. intra meam domum, vel in regia mea, quæ per Domum h. l. intelligitur.

EXPLICATIO VERSUS III.

אשית non ponam in conspectu oculorum